



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 61. Merindolani & Cabrierensis tumultus initia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

tinensis Senatus, nec non Protestantium Sæcul. XVI.
Oratores, qui tum WORMATIÆ agebant, A.C. 1544.
comperta illius captivitate nullum non
moveere lapidem, ut Brulio vitæ gratiam
impetrarent: verum tardæ nimis erant
horum omnium preces; quippe jamjam
die decima nona Februarii Brulius len-
to igne vivus fuit exustus: adeo tamen
suos errores non retractabat, ut etiam
illos usque ad ultimum vitæ halitum
pertinaciter propugnaret.

§. LXI.

*Merindolani & Cabrierensis tumul-
tus initia.*

Verum magis severum adhuc suppli- *Sleid. l. c.*
cium de hæreticis sumebatur Me- *p. 534.*
rindoli ac Cabrieræ duobus oppidis, quæ *Thuan. hist.*
in Viscantini Comitatus finibus in Pro- *l. 6. sub Hen-*
vincia sita erant; cum enim ad has ur- *ric. 11. ann.*
bes tanquam tutum nequitiae asyllum *1550.*
nonnulli, qui ex Valdensibus superant, *Vide Lib.*
confugerent, eorum posterii harum ur- *CXXXVIII*
bium incolæ errores, quos a suis Majo- *§. 85. & 86.*
ribus hauserant, semper pertinaci animo
tuebantur, simulque indefesso profus la-
bore Provinciæ montes colebant, totam-
que regionem fatis fertilem, atque ad
pascenda armenta aptam reddiderunt:
dum vero spuria Lutheri reformatio in-
valescere cœperat, hi quoque perceptis
iis, quæ in Germania agebantur, ani-
mos

Sæcul. XVI. mos erigebant, ac in fratrum numero il-
A.C.1544. los, qui Protestantes vocabantur, habebant, eorumque Doctores accersebant, ut ab illis novæ hujus sectæ præcepta addiscerent. Inde factum, ut crescente suorum numero hæresin, quam a suis Majoribus hauserant, palam profiterentur, arctamque cum Lutheri Sæctatoribus, qui in Germania erant, amicitiam foverent, vicissim vero iisdem Protestantes identidem suos submittebant Ministros, qui illos adhuc magis in errore firmarent, atque ad novam doctrinam ibidem publice prædicandam accenderent. Attamen Provinciæ Senatores huic malo obicem ponere totis viribus adlaborabant; verebantur enim, ne præfati hæretici proxime seditionem essent conflaturi: quapropter Procuratore Generali id postulante una omnes comparere jubentur, præsentem Bartholomæo Chassaneo celeberrimo Jurisconsulto, qui tum primi Præfulis munere fungebatur.

§. LXII.

Sententia contra utriusque oppidi incolas lata.

Thu. hist. l.c. Verum accusati sprete citatione comparere neglexerunt, eoquod eorum amici eisdem auctores exstitissent, ne morem gererent, nisi vivi comburi mal-
 lent,